Cum pro Collegio Patrum Observantiæ SS. Trinitatis distributæ fuissent Theses typis datæ ex officina Antonij Villaroel, et Torre pro solemni actu literario publice peragendo in eodem collegio die 27 Februarij anni 1746, sustentatore Fr. Emmanuele Deniche, præside autem R. P. Mag. Fr. Emmanuele Bernardo de Ribera Sac. Theologiæ eiusdem collegij Lectore, et eiusdem sac. facultatis Magisterij gradu in Alma Universitate Salmantina insignito: quæstio pro more huius Universitatis et collegiorum eius, in eodem scripto prælibata ante Theses, et quam sustentans in exercitio matutino more restricto resolvit et amplificavit, parti affirmativæ adhærendo, in præfato scripto fuit apposita sub sequenti figura:

Q. S. D.

Utrum scientiam mediam defendere egregium sit prædestinationis signum?

Stomachum hæc fecere RR. PP. Theologiæ huius conventus S. Stephani eiusdem Civitatis Ord. Prædicatorum Fr. Iacobo Garcia, et Fr. Ioanni Flores; et maxime quod iuxta præsumptionem aliquam alter eorum pro vespertino exercitio literario præparabat argumentum scholastica methodo proponendum circa quæstionem tangentem ipsam scientiam mediam: quam in epistola dedicatoria sustentans hoc elogio extulerat: Divinissimam scientiam mediam, quod amoris magnes est nostri, dulcis laborum stimulus, character demum indelebilis. In prima autem Thesi, sic de illa dicitur: Quoniam Romæ panegyris nequit deserere diu ludibrium Salmanticæ VI, neque cum Triunfo proxime elapso respeximus, neque in præsenti timemus, phrases aliquas honorificas, quantum rigor patitur scholasticus, in scientiæ mediæ laudem inserere. Proponitur autem propugnanda pro matutino certamine, in Thesi quinta, quod hæc legitima consequentia: Datur scientia media directa: ergo admitti debet reflexa: contra aliquos scientiæ mediæ post P. Molina defensores: quos carpit: Qui enim (inquit) scientiam mediam directam tuetur, et reflexam negat, impune arguet, inconsequentiæ criminis notabitur, atque, quod infelicius ~~est~~ Eximij nostri doctrinæ infidus comparebit desertor: In septa autem pro vespertina disputatione proponit, quod possibile est decretum collativum auxilij constituentis libertatem creaturæ, metaphysice connexum cum consensu salutari, salva eius libertate, sive ponatur conjunctum cum altero decreto indifferente compatibili cum carentia consensus, ita ut decretum connexum sit praviæ principium redundans et non per se necessarium ad actum, ut aliqui scientiæ mediæ professores ponunt, cum alij contrarium istud non sine fundamento pernegent: sive ponatur solitarium, et a præfato decreto indifferenti seiunctum.

Porro cum præfati PP. Lectores Theologiæ pro causæ gravitate, hæc R. Adm. P. Fr. Carolo Lozano Priori conventus, Magistro in Sac. Theologia et Primario in Universitate moderatori renuntiassent, et res collata esset cum Fr. Ioseph Barrio in sacra Theologia Magistro et Universitatis primario emerito, et cum R. P. Fr. Francisco Hyguera Sac. Theologiæ Magistro et in Universitate vespertinæ cathedræ moderatore: causa deliberatis inter omnes hoc discussa, deliberatum est die 28. Februarij vergente, ut omissis propositionibus quæ vel in epistola dedicatoria vel in Thesibus proferuntur, illa quæstio proposita ad sacrum Tribunal S. Inquisitionis Vallisoletanæ deferretur, tanquam ad tribunal ordinarium, ab illo expostulando, et reverenter petendo remedium promptum, opportunum et efficax, quale ab adeo vestigiato Tribunali expectare debemus ex causis, breviter propositis, quas subjiciemus: commissa formatione delationis Fr. Ioseph Barrio.

AVSA

Igitur sub eadem vergera formata est delatio vulgari sermone, et iam nomine
est P. fr. Thoma de la Mata Magistro studentium eiusdem conventus, cuius zelo co-
est cura, ut personaliter urgeret negotium, et obtinere possit decretum, quo saltem
deseret præfatum literarium exercitium, quod omnibus profitentibus scholam Thomisti-
cam [illegible] molestissimum iudicatur, et minime ambigimus: licet quod [illegible]
nis diebus Quinquagesimæ, in quibus Regulares omnes Domi se continent, ob festa, apud
nos Gentilium Bacchalibus similia, causa esse cum aliis scholæ Thomisticæ gravium
professoribus conferre nequiverit. Subrogata autem fuit a tribus præfatis Magistris
Cathedrarum sac. Theologiæ, in Universitate moderatoribus, in substantia sequenti.

1º proposita fuit stricta necessitas, qua ut pote tametsi indigni Evangelii ministri, et [illegible]
ordinis S. Dominici adstricti, tenemur curare quod sarta tecta subsistat sana [illegible]
nec labefactetur honor iure debitus scholæ Thomisticæ, et eius caracteristicis sententiis
de Prædestinatione et gratia, quas laudarunt summi Pontifices fel. me. [illegible]
XI in decretali Pastoralis officii §. Praeterea, contra schismaticos confundentes eas [illegible]
erroribus Quesnellii damnatis in constitutione Unigenitus, et Benedictus XIII [illegible]
Brevi Demissas preces ex eadem causa expedito: et quorum laudes iterato [illegible]
prese confirmat fel. mem. Clemens XII in Brevi, quod incipit Apostolicæ providen-
tiæ expedito 2. oct. anno 1733, dum monet, et præcipit, ne occasione præfa-
torum laudum, aliquis audeat sententias aliarum scholarum alter [illegible]
sententium censuris notare, aut conviciis lacessere, donec per Sanctam [illegible]
in hac causa aliquid pronuntietur, cum aliarum scholarum erga Sanctam
Sedem præclara etiam sint merita.

2º significatur mos perpetuus huius Universitatis et collegiorum eius, exhibendi [illegible]
conclusionibus typis datis ante theses, seu assertiones, quæstionem a [illegible]
methodo rethorica resoluenda in matutino exercitio: et quod semper resolu[illegible]
affirmative, et sic amplificatur. Ex quo evidenter infertur, quod si tale exercitium
servaretur, sicut propositum est in conclusionibus typis datis (quas etiam [illegible]
mus eodem sacro tribunali exponendas) videretur publice et solemniter [illegible]
da hæc propositio: Defendere sententiam medium est egregium prædestinatio-
nis signum. Hanc autem propositionem propositam ut publice et solemniter [illegible]
dam in collegio Universitatis Salmanticæ coram toto congressu Magistrorum
Lectorum sac. Theologiæ cæterorum collegiorum Regularium præfatæ Universitatis
nobis bona fide iudicatam fuisse dignam, quæ sacro tribunali deferretur [illegible]
præcipue capitibus: nunc præsertim quia in laudem sententiæ medicæ [illegible]
stola dedicatoria, vel in thesibus proferentur, cum sciamus sententiam [illegible]
cum positionibus et consectariis a perdocta schola Iesuitica publice in toto Or-
be Christiano propugnari, prout fel. record. Clem. XII in laudato Brevi [illegible]

3º exponendo capita, ex quibus videretur bona fide merito deferenda ad sacrum tri-
bunal præfata propositio tamque clausa in quæstione posita ut resolvenda [illegible]
da: 1º exhibita est, tamquam propositio, quæ nobis bona fide videretur opposita [illegible]
doctrinæ. Quod probatum fuit: quod cum prædestinatio sit præparatio beneficiorum Dei, [illegible]
certissime liberantur quicumque liberantur, ut docet S. Aug.: si aliqua sunt assignan[da]
coniecturalia signa, (certa numquam assignantur respectu viatorum) prædestinationis ex [illegible]
Sanctorum, hæc sunt illa dona quæ Deus operatur in hominibus, quæ magis [illegible]

AVSA

homines perducunt ad vitam aeternam, ut Amor Dei, et continentia demorata curans cavere peccata maxime lethalia, et resurgere ab illis, si ex infirmitate aut concupiscentiae fervore fuit lapsus, devotio erga B. Virginem Matrem Dei, custodia sensuum, frequentia sacramentorum, et orationis, adimpletio eorum quae ex statu vel officio incumbunt, humilitas, patientia, gemitus pauperum, et praecipue si per multos annos, aut saltem diu per gratiam Dei servatus fuit sine conscientia perpetrati peccati mortalis.† Non negamus quod inter praecipua signa praedestinationis annumerari possit, quod quis ex Dei providentia adhuc fuerit tali officio, in quo minores sint occasiones peccandi mortaliter: et consequenter quod adhuc sit studio sacrae Theologiae, et officio illam docendi, vel per suos Praelatos, si Regularis sit, vel ex propria applicatione: sicut nec negamus, quod inter signa praedestinationis annumerari possit, quod qui adhuc officio docendi sacrae Theologiae, si vel ex propria applicatione, vel ex electione in qua est professus, amplectatur aliquam particularem scholam ex his, quae in Hispania florent (in Ecclesia Romana, et in Hispania), Thomistica scilicet, Jesuitica, aut Scotica, solicitus in adimpletione sui officii curet discipulos suos instruere in illius etiam sententiis et caracteris sui scholae quam profitentur, Jesuitis scilicet, Jesuiticis, aut Thomisticis, quod in hoc adimplet munus officii sibi incumbens, ad quod tenetur ex necessitate salutis: Quo circa de huiusmodi homine sic in adimpletione sui muneris se gerente recte potest dici, quod in hoc habet signum sua praedestinationis, si mores eius in aliis non contradicant.† Verum proferre publice et solemniter, quod defendere potius scientiam mediam, quae est proprio caracteris sua scholae Jesuiticae, potius quam defendere in hoc puncto positionem scholae Thomisticae, aut Thomisticae, quae illi directe opponitur (hoc enim recte enuntiatur licet sine data conditione propria quaestioni veritatis resolvendae) hoc unquam proferre, tamquam signum etiam positivum et inter minora signa locandum: nescimus, an aliquis Theologus sanae doctrinae Sanctorum audeat proferre: cum videat omnes has scholas suas sententias pace Apostolicae sedis defendere: in nullius defensione adesse peccandi periculum ex defensione natum; cum unusquisque bona fide defendat in hoc puncto sententiam suae scholae communem.

Hoc videbamur sat esse, ut praefata propositio monstraretur contraria sanae doctrinae Sanctorum circa signa praedestinationis:† Sed nec in hoc sistit praefata propositio, sed assurgit dicens, quod scientiam mediam defendere est egregium praedestinationis signum: hoc est, quasi ex toto grege, et tota collectione signorum praedestinationis, electum, inter omnia eminens, et praestans, ut vim significationis huius vocis egregius, ait in dictionario Calepinus, cui in hac parte significationis propria Latinarum vocum omnes cedunt, maxime in dictionario addito per Passeratium, ex quo haec huiusmodi vocis propria significatio a nobis desumpta est. Quis autem sanae mentis, perspectis signis, quae in communi fidelium conceptione habentur praedestinationis, quorum aliqua iam recensuimus, dicat, quod defendere magis scientiam mediam, quam positiones Thomisticas, quas defendunt communiter schola Thomistica, et maxime his temporibus, uno vel altero ex praecedentibus excepto, etiam communiter schola Scotistica, est signum in tota collectione signorum praedestinationis, electum, et inter ea eminens, et praestans; hoc est, ut in lingua nostra vulgari vertitur in eodem dictionario, noble, y principal señal. 2.º Vetus disputationes gratia (quod nunquam fatebimur) quod defendere scientiam mediam potius quam oppositam sententiam sit aliquod praedestinationis signum: hoc est donum Dei operatum in anima, quod suapte natura magis conducat ad salutem aeternam, quam defendere sententiam oppositam cum Thomistis et Scotistis: cum inter dona, quae Deus operatur in anima ex se conducentia ad salutem aeternam, sit distinctio et alterum altero maius sit, et dicentur suapte natura: et contra sanam doctrinam Ecclesiae sit minus donum maiori praeferre; sicut si quis praeferret

† Nam ut docet D. Th. ibidem art. 3 ad, quemadmodum alia quae in scripturis proveniunt et doctrina ipsem beatitudinis, ut I. Joh. 5. Beatus vir, qui corripitur a Domino, et similia, quae inveniuntur in libro Job, et Ecclesiastico, necesse est redire ad illum modo

positas a Dominic. Matt. 5: sicut ... Ja. B. Ambros. illa ... claudentur in quatuor ... Luc. 6; quas Do... minus ad ... corpus ad qua... reduxit, q. ut haec ... art. 3 ad 6. ... Dominus doctrinam evangelicam tradidit ... dum capacitatem turbarum.

singulorum confessionem et professionem Religionis catholicae eius confessionem per martyrium ... procul dubio contra sanam Ecclesiae doctrinam foret, non minus ac si sanctum matrimonium ... Virginitati praeferret intemeratae virginitati: praeferre defensionem scientiae mediae ... Sicut praeferret intemeratae virginitati; sicut nec defendere praedeterminationem physicam non connexam cum alijs donis Dei, sicut alijs donis Dei praeviventibus ad salutem: praeferre schola Thomistica connectitur ex se cum alijs donis Dei ... hoc consuetudine Thomistae, oratione, ... et vitae per multum semper communis a ... perpetrat peccati lethalis aut alijs donis, quae recensuimus, quis non dicat, esse adversum ... doctrinae. Sane nos, vel criminis contra sanam doctrinam Ecclesiae nos ipsos denuntiamus ... si vel permoverimus, e nostro studio prodire conclusiones ipsas datas et solemniter ... das in nostro conventu, in quibus praeterea servanda procederet sed tunc sequentia ... Utrum defendere physicam praedeterminationem ejusque sit praedestinationi ... Et quidem pro denuntiatis coram sacro ipsos patronos ... societatis theologos, primos scientiae mediae defensores iudices advocamus in hac causa.

Ex alio capite bona etiam fide indicatur a nobis digna, quae sacro Tribunali defe... nempe gravissimae iniuriae est nostra schola Thomistica. Cum enim omnes norint ... scholam inter catholicos unam primus esse, quae sacro a tempore P. Molinae impugna... servata modestia et legibus a sede Apostolica praescriptis, ac christiana charitate; si ... praedestinationis ejusque, sicut et credimus, inter omnia praestantissimum est defen... scientiam mediam, nos eam impugnando adeo seria confutatione, dabimus ... ... reprobationis aeternae: non secus ac si aliquis serio impugnaret decisionem ... ginem, aut aliud ex Dei donis, inter ipsa praedestinationis communioris collocari, quin ... videret. Occasione cuius iterum dicimus: quod si ex nostro studio prodiret similis ... servanda in obsequium praedeterminationis physicae, et si non minus impugnatae ... Sensus et Jansenistis, ac scientia media pro hac statu naturae lapsae, merito ... ... in se illatae conquererentur.

Nec est praetermittendum aliud caput, ex quo causa praesens sacri Tribunalis ... iustam providentiam exigit, iuxta laudati Brevis Apostolicae providentiae ... Ordinarij, Inquisitores, alijque Praelati Ecclesiastici muneris per omnia canonica remedia impediendi curent, quae populo scandalum facere possent, si quae ... antur disputationes etiam in his gravibus controversiis inter scholas circa prae... tionem et gratiam, ac scientiam mediam vel eius exclusionem, impedita eis facultate omnes comprimendi. Nam cum quaestiones disputandae tangant scientiam ... am, si argumentetur aliquis, cui stomachum fecerit scholas quaestiones prae... haud difficile poterit argumentum contorquere sed specie, quae tandem ... in illo elogio scientiae mediae adeo praestantis, ut eius defensio inter ... destinationis sit primum et praestantissimum. Quod si hoc accidat, data ex ... scientibus scholasticae disputandis non valde remota occasione, facile connectari ... nec levia dissidia intercessura, et quae merito numeremus inter ea, quae ... Clemens XII in laudato Brevi gratia christianae pacis, ac charitatis servandae ... tionem inter catholicos theologos, ut ii concordes efficiantur procedant in convellendis haeresibus.

Haec in substantia exhibita ac proposita sunt sacro Tribunali in libello supplici supra ... a praefato Magistro ... eadem nocte iter arreptum, ... forte diligentia possit ... negare videtur. Faxit Deus, ut id tandem assequamur, quod magis conducat ad eius gloriam, et det nobis patienter ferre, si forsan res non cedant pro nostris votis — Die 22 Feb. ...

fr. Joseph Barrio

AVSA